

SI TEMPORVM HISTORIAS

scribentibus fidem habuerimus, omnem illam sublimem Cæsarum ac Regum dignitatem a Deo Opt. Max. descendere, haud dubie, inuenimus. Nam, ut alios præteream, Homerus ipse, Agamemnonem suum, non aliunde, quàm a Ioue regem factum esse elegantissime scripsit. Ipse etiam Vegetius a Deo dari Cæsares affirmare non dubitauit, & non sunt hæc in re, hallucinati sapientissimi uiri. Nam & Tarfentis ille noster, contendit nullam esse in terris potestatem, nisi a Deo eum, qui temere resistit potestati, Dei ordinationi resistere. Hinc tot legitur triumphos Cæsarum, Regum, aliorumque in eminentia positorum uirorum: cum statuas quoque, & titulos, præclare gestorum monumenta oculis nostris etiam nunc exposita conspiciamus. Reges enim nisi primum a summo numine, ut prodesse, præficere, nullas unquam tam præclaras, cum propagandis, tum tutandis rebus, in sumere potuissent operas. Sunt enim quedam quæ omnem plane humanam industriam superare uidentur, si ad singula respicias, siue quæ pacis, siue quæ belli tempore egerint magni principis. Cæsares uero quia nomen sortiti sunt, quod sua maiestate, pene aliorum regum nomina obcurat, iure equidem potentia, sapientia, clementia, felicitate, liberalitate, aliisque id genus uirtutibus, reliquos, qui præsumunt, antecedere debent. Et fuerunt, qui quod dicimus, magna cum laude sint assequuti. Ad nostra uero tempora si respicias, uidebis pro eo diuerarum gentium & Nationum reges, subfidere gradus non parum multos conspicientur. Voluit enim non ut plerique solent, Imperii sibi uendicare, aut ambitione, aut ui, aut tyrannide, aut malo aliquo dolo, sed communi uotis, consentibusque cum electorum, cum uniuersorum Germaniæ procerum, quibus adclamatio populi quoque accessit, quæ admodum ubi scripto Panegyrico anno uauit quidam non inlegeter.



Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

